

¶ Pars .X.

¶ Ca .VI.

nature et forme ferulis que pro nobis suscepit. Et figura est in eo quod exterius sensibus exhibet. Unde communicatio exterior ad sacra exteriora pertinet. Et hec est tercius modus. Quartus est ministrorum ornatus exterior. Quintus est ipsius templi apparatus. Sextus est signorum seu campanarum pulsatio. Septimus est expiatio exterior id est aque benedictae asperio.

**M** Primum sacrorum est processio. Primum ergo sacrorum exteriorum virtus sunt sacra interiora. Interior enim profectus quo de uirtute in uirtutem proceditur quo aduenienti sponso cum debito ornatu et apparatu occurritur vel in meliora et in sublimiora proficitur. Veritas est processionis illius exteriorum et illa figura istius non potest autem dubitari quin ista processio exterior et salutaris sit ex necessitate debita et propter hoc non solum decens et expediens ut vulgo figura et similitudine convenientissima monstraretur cum non nisi per expressas similitudines et spiritalia intelligenda communitas vulgi possit pertingere. Nisi enim cognita non diligerentur et nisi dilecta non quererentur et nisi quesita non inuenirentur ab adultis. In doctis ergo est ad doctrinam et eruditionem exterior ista processio. Doctis autem magna puocatio est et magnum incitamentum quo ad profectum et processum interiorum.asper e enim legunt in ipso ordine ornatu et apparatu processionum qualiter et incipiendum sit eis et progrediendum et in celestem ecclesiam intrandum. Per mensam enim altaris eterne sacietatis mensa et acquirunt et figuratur et est ista meditatio et significatio valde dulcis et iocunda spem bonorum istorum habentibus. Non solum iam iocundum sed etiam salutare est sepe representare populo quare obuiaitur venturo regi pariter et iudicet qualiter obuia ei euntes processionaliter cum apparatu qui in apparatu processionaliter legitur et intelligitur ab eodem triumphali vexillo crucis primo et introducendi in illa celestem aulam et domum non manu factam. Et ut hmonem de huiusmodi rebus abreuiemus totum quod in sacris exterioribus agit figura est et representatio quertissima veritatis et que in nobis debet esse nunc et que in futuro nobis promittitur et obtinenda separatim sic totus apparatus palloz sericorum et sacroz vestimetroz decorum quo hic iterius fulgere debemus hoc est decorum virtutum et gratiarum et decorum glorie que in futuro seculo decorandi sumus et lucide et valde vtiliter representat. Sic splendor limiarum et eternum gratie splendorem et futuram glorie fulgorem. Sic pulsatio campanarum et sonitus doctrine et predicacionis voces. Sic expiatio illa que diximus aqua sanctificata iuges et cottidianas.